

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt decimvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

PROGNOSTICVM IOANNIS

CAPVT DECIMVM.



Ecesse est ut uiuant homines secundū spiritum, ut detrahatur ad nihilum superbia carnis. Quia uero om̄is homo carnaliter uiuens, corrumpit per malitiā omnem terram, necesse est ut superueniat Imperij cataclysmus, ut intelligat̄ qđ dicitur, quod supra q̄ creditur, omnia deuastabit. Inde dicitur, Ego disperdam eos cum terrā.

In signum autem talis diluuij, ac tantę tribulationis, ne talis uexatio procedat ulterius ad Alemanos inferiores, ponet̄ arcus in aere Maguntinē, qui inter dominū & hominē foederet. Ciliarchus uir prudens ac iustus, moribus & sciētia cōpositus, p̄uidens ac intelligēns curram Dei decem milibus angelorum, ac multipliciter milia in eo descendere, rotam defendere non tardabit precibus coactus. Quis Baruch. iij. cap. dicitur, Fuerūt gygantes nominati, qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum, hos non elegit Deus, sed ð princeps reuerēdissime cum successoribus tuis uide te uocationē uestrā, quia non sapiētes secundum carnem, non potentes. &c. sed qui stulti uisi sunt mundo elegit Deus, ut cōfundat sapiētes. ut legitur. i. Corinth. Non ergo armis, sed precibus placate dominum, & lex Israel exultabit cis Rheni fluiū. Nam Mars feroci aspectu aspicit Iouem oppressum, hæc corde recondite. Et quia Herodes & Pilatus facti sunt amici propter innocentem Iesum, qualis ergo cōfoederatio Iesu ad Belial, ecclesie ad diaboli ministros, lupi cum agno: uere dolosa. Disparibus enim bobus nunq̄ trahitur bene currus. Diuina ergo electio non elegit Deos belli, neq; belligeros sanguisugas, teste Abacuc. ij. cap. Væ illis qui ædificant in Sion in sanguinibus. neq; elegit de sanguinibus, ut patet in matre filiorū Zebedæi. Quare Dathan & Abiron, contra quos defauit ira Dei, terra absorbit, quia post superbiam & uio:entiam uolebant accipere summum sacerdotium, Nume. xvi. Si uis ð princeps reuerēdissime fratrem præuenire regnando, prius illum præuenias obsequendo, in leuando ma-

nis ad altissimū, uincet tu & lex Israel tecum, & dormiant arma uir-
 tricia tua, aliās titulum Martis excitabis, & suppedabitur Aquilæ
 grandī quod louistæ moerebunt, & Mercurius gaudebit.

EPISCOPVS HABENS RVBEAM CRV.
 crucem in manu dextra, & baculum me-
 diū, partem scilicet inferiorem,
 manu sinistra.



CAPVT VNDECIMVM.

F ij